

†  
**BOLETIN ECLESIASTICO**

DE LOS OBISPADOS DE

**MANCA Y CIUDAD-RODRIGO.**

**SECRETARÍA DE CÁMARA**

**DEL OBISPADO DE SALAMANCA.**

Próximo el fin del año, es ocasion de recordar á los Párrocos y Económos, la presentacion en un plazo de las cuentas de fábrica de sus respectivas casas. La poca diligencia en este servicio es causa de perjuicios para las mismas, de disgustos para los administradores y de mayor trabajo y dificultad en la redaccion de las expresadas cuentas. Para evitar, pues, inconvenientes, S. E. I.º se ha dignado disponer: que se presenten estas antes del 15 de Febrero, cuando manifestarse en caso contrario las causas que lo impidan: 2.º que anunciados en el BOLETIN de los Despachados, los Sres. Curas comisionen una persona que cuanto antes los recoja; y 3.º que los Económos que habiten casas Rectorales rindan

la cuenta de sus rentas en pliego separado, vez que la de la fábrica.

Salamanca 22 de Diciembre de 1880.—*Dr. Izquierdo, Srio.*

## MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

Illmo. Sr.: Por la Direccion general de Obras cas, Comercio y Minas se dice á este Ministerio fecha 28 de Octubre próximo pasado, lo que sigue: «Excmo. Señor: Al Excmo. Sr. Subsecretario de Ministerio de la Gobernacion, con esta fecha, digo siguiente:—Excelentísimo Sr.: En el pliego de condiciones generales que además de las económicas el acto del remate rigen en los contratos de arriendo de portazgos, pontazgos y barcajes y en su cond. 16, cláusula 2.ª se establece la exencion total de derechos en aquellos establecimientos para «las caballerías y carruajes que conduzcan Comisiones de los Cuadros de Colegisladores, Ministros de la Corona ó Embajadores y Ministros plenipotenciarios extranjeros ó Autoridades civiles, militares y eclesiásticas que ejerzan jurisdiccion en el territorio del portazgo.» En virtud de lo gozará de la exencion toda Autoridad eclesiástica que ejerza jurisdiccion en el término donde se halle establecido el portazgo. Como la redaccion de la citada condicion y cláusula no puede encerrar duda de ninguna especie y como por otra parte la Real orden de 22 de Agosto de 1865 que el Reverendo Obispo de Orihuela cita en su comunicacion que el Excmo. Sr. Ministro de la Gobernacion de Real orden traslada al Ministro de Fomento



Fecha 20 de Setiembre último, se halla derogada, el centro directivo ha acordado significar á V. E. que se harán guardar en los establecimientos ya indicados todas las consideraciones y miramientos debidos á las Autoridades eclesiásticas, conforme se halla preceptuado en la legislatura vigente del impuesto.»=De acuerdo, comunicada por el Sr. Ministro de Gracia y Justicia, lo traslado á V. I. para su conocimiento y efectos consiguientes. Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 23 de Noviembre de 1880.—EL SUBSECRETARIO, *Nicanor de Alvarado*.—Sr. Obispo de Salamanca, Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.

---

## LIBROS DE FÁBRICA.

---

Se han despachados los de las Iglesias siguientes:

de Villarino.	Pajares.
de Lengua.	Peñarandilla.
de Villamuerto.	Rollan.
de Huebra.	San Julian de Salamanca.
de Puertas.	SSma. Trinidad de id.
de Santa Eulalia.	Santiago de id.
	Santiago de Alba.
de Hernandez.	Santibañez de la Sierra,
de Cello.	San Julian de la Valmuza.
de Armuña.	Sta. Marta.
de Toribio.	Tejares.
de Ferraz.	Vellés (la).
de Quejigal.	Villarmuerto.


---

DISCURSO leído por el profesor de De-  
cho Canónico en la solemne inaugu-  
cion del curso de 1880 á 1881, en el  
seminario Conciliar de Salamanca.

ORNATISSIMI VIRI AMANTISSIMIQUE ADOLESCENTES

Cum mihi munus coram vobis praefandi in ce-  
culi huius initio delatum sit, de quo mihi esset di-  
rendum, quod sua gravitate vestrae expecta-  
respondere, et mentem jucunditate recreare po-  
mecum ipse studiose cogitavi. Sed in capiendo ha-  
re consilio, ingenue confitebor, non diu anceps ha-  
Quid enim aliud in hoc dicendi genere quaerere o-  
rator, quam, utilitate, quae de scientiarum st-  
referri potest, patefacta, adolescentium animos inf-  
mare ut animo alacri et erecto eisdem incumbant

Ego vero in hac mea qualicumque oratione ma-  
commoda, quae jurisprudentia ecclesiastica suis a-  
nis affert, accurate expendam. Quis vero me re-  
hendet, si, quod maximopere jurisperitum decet,  
nocentem defendere et malevolorum obtrectationem  
et calumniis oppressum viudicare contendam? Ne-  
id praetermittam; sed jurisprudentiam ecclesiasti-  
á Lutheri calumniis illorumque qui superiori se-  
philosophiam insanijs deturparunt, defendam et  
pugnabo; hancque nobilissimam scientiam comm-  
dabo simul et defendam, si illam utilem esse et ne-  
sariam praesertim clericis et ipsi Ecclesiae patefec-  
Sed priusquam id comprobandum aggrediar, qui-  
jurisprudentia ecclesiastica dicam, et quia nulla p-



scientia disci potest, nisi illius objectum plane ligatur, quamdam quaestionem brevi discutiam, hujus disciplinae objectum et natura penitus inspicere valeamus.

ge vero: jurisprudentia ecclesiastica est disciplina politica, rempublicam Christianam ad politiam sanam manudecens per leges ecclesiasticas rite perscrutans. Cui autem scientiae subalternatur, Theologiae, Philosophiae morali, utrique an neutri? haec quaestio extrema diversi doctores affirmarunt, Nobis, in magna P. Suarez autoritate, tum etiam rationis vigore verum simile videtur illorum sententia, qui Philosophiae morali illam subalternatam voluerunt. Similiter P. Suarez in proemio ad tractationem de iuribus id, ut opinor, aperte docet. «Unde fit, ait, ut Philosophiae civilis prudentia nihil aliud sit, quam quaedam Philosophiae moralis ad regendos ac gubernandos civitatis reipublicae mores applicatio seu extensio. Quoque ut aliquam verae scientiae rationem participet, philosophiae conjungi seu subalternari necesse est.» Et infra suddit. «Possumus tamen nihilominus in ipsis canonibus duos fines distinguere: unus est in toto ecclesiastico statu debitum ordinem politicum constituere, pacem et justitiam custodire, et omnia quae ad forum externum ecclesiasticum spectant, recreatione moderari; alius est, omnia quae ad divinum cultum et salutem animarum ac puritatem fidei et morum spectant, recte et prudenter ordinare. Juris canonici interpretes per se ac ex proprio instituto superiori fine et ratione sacros canones considerant ac interpretantur: theologia vero sub altiori ratione haec omnia complectitur.» Igitur jam cernitis

P. Suarez utrique jurisprudentiae ecclesiasticae a civili idem objectum formale vel finem intrinsecum generatim spectatum attribuere, nempe ordinem politicum sive in Ecclesia, sive in republica constitutum cum ergo apertissime doceat jurisprudentiam civilem philosophiae moralis subalternari, idem de ecclesiastica sensisse convincitur. Tanti doctoris auctoritatis momentum suffragatur. Nam ex communis philosophorum consensu haec tria ad veram subalternationem in scientiis requiruntur: 1.º ut subjectum materiae unius scientiae contineatur sub alterius communi subjecto; 2.º ut superaddat aliquam differentiam accidentalem; aliter non erunt scientiae simpliciter distinctae, sed altera pars alterius; 3.º ut omnia pleraque saltem principia unius scientiae sint conclusiones à priori demonstratae, vel quae possint ab altera demonstrari. Quae quidem omnia philosophiae morali et jurisprudentiae ecclesiasticae, non vero huic theologiae conveniunt. Nam primum philosophia moralis et jurisprudentia ecclesiastica habent idem subjectum, nimirum actus civium; deinde hoc subjectum contrahitur differentia accidentali, quia philosophia moralis spectat actus civium, qui inspectis legibus naturae dirigi possunt ad bonum commune cujuscumque reipublicae, jurisprudentia vero ecclesiastica in eodem actus versatur, qui inspectis legibus Ecclesiae dirigi possunt in bonum commune ejusdem ecclesiae; postremo omnia jurisprudentiae ecclesiasticae principia, quae eadem sunt ac jurisprudentiae civilis, ex hoc hominem esse sociabilem, in qualibet republica esse necessariam triplicem potestatem, legislativam, judicariam et coactivam, leges ferendas in bonum commune

lia ejusmodi, sunt conclusiones quae a priori philosophiam moralem comprobantur vel comprobant, haec vero minime conveniunt Theomorali; non enim haec respicit directe actus prout cives sunt, sed prout individua singulaeque prout dirigi possunt ad bonum communis ordinis naturalis est, sed ad bonum supernae differentia non accidentalis est sed essentialis demum jurisprudentiae ecclesiasticae per ipsam, sed per philosophiam moralem, diximus comprobantur. Verum quamvis jurisprudentia ecclesiastica non sit Theologiae morali subalternata, cum hac tamen arcissime conjungitur, in modum anima Ecclesiae et corpus inter se conjunguntur.

is jam vobis inspectam jurisprudentiae ecclesiasticae naturam arbitror. Nunc vero quam utilis sit eius studio incumbunt, et quam necessaria praesertim et ipsi Ecclesiae, videamus.

Immoderati homines scientiarum studio dediti adhibentur, quod speculativis intellectus, practice utitur exornetur ac perficiatur. Quis vero in dubium ponit hac nostra intellectum simul et voluntatem servari et honestari? Etenim quicumque vel in eruditiorum voluminibus perlegerit, vel ex his quae jugiter ante oculos nostros obveniunt, secum cogitaverit, ut politica societas, facile animadvertet, id, cum tantam multitudinem, tum ob multiplicem abditioem earundem nexum, non posse sine magno labore diligentia penitus dignosci. Oportet enim plura difficilia pervestigari: quomodo sit societas consensu quae sit illi tributa potestas et in quo re-

sideat, quibus regulis deliberandi, leges ferre  
 exequendi facultas subjaceat, et qua ratione  
 ut illius rectus usus, potius ex artificio et ind  
 quo fuit disposita, quam ex honestate magistr  
 consequatur, quo tandem modo haec omnis po  
 ita in commune bonum vertatur, ut singulori  
 vium jura tueatur, et bona mentis et corporis  
 atque amplifcet. Quae omnia si in Ecclesia, c  
 Deo perfecta societas est constituta, aliquis per  
 quod fit dum ecclesiasticae jurisprudentiae opera  
 illico perspiciet hujus scientiae limites ampli  
 esse, ac intra eos contineri omnia quae ad re  
 Ecclesiae externum pertinent: constitutionem  
 illius, sacrae Hierarchiae gradus, eorum officia  
 sacramenta, preces, jejunia, templa, vestes e  
 sacra, domus religiosas, seminaria, hospitalia,  
 Ecclesiae solvenda, judicia, poenas, aliaque  
 plurima, quae non tantum multitudine sed etiam  
 plitudine et dignitate, menti quae illa attigerit,  
 mento sunt ac splendori. Quid enim dignius  
 praestantius, quam latis legibus, quo tempore  
 plenda sunt Dei praecepta definire, qua ratione  
 cienda, administranda et suscipienda sacrar  
 quibus animis divinum semen infunditur, dece  
 omnia denique quae ad Dei cultum spectant ord  
 Quae unquam fuit respublica quae tantam, h  
 dignitatem, quae talem potestatem, qualem  
 Ecclesiae, ipsius Dei ore tributam, perpetuam,  
 mines tota orbe terrarum dispersos prorogata  
 eos non ad felicitatem temporalem, sed ad aet  
 adducat? Legibus ergo civilis reipublicae, qu  
 scientia magni fieri solet, leges Ecclesiae quan



gissime origine, rebus, amplitudine, fine praestant, eaque praestantia et excellentia summopere commendantur.

Ast nostrae disciplinae cultu non minus quam intellectus, perficitur voluntas et honestatur, quae cum bonum sua natura intendat, eo ipso quod illi bonum objiciatur, aliquantulum perficitur, nec fieri potest quin et in bonum sibi objectum, et in illud quod in bonum impellit, afficiatur, eoque magis quo majus bonum sit et cum majori sapientia, prudentia et aequitate in illud impellatur.

Jam vero quae usquam leges ab hominibus latae sunt quae in tantum bonum et cum tanta sapientia, prudentia et justitia homines alliciant? Quid enim aliud ab ipsis intenditur nisi cultum divinum disponere bonos mores inducere, omniumque virtutum exercitium hominibus suadere, quo hi non honestatem quamdam naturalem, ut legumlatores civiles suis statutis volunt, sed sanctitatem et justitiam super naturalem facilius assequantur? Quod si leges Ecclesiae, cum ob res sanctissimas quas decernunt, tum optimum, quem intendunt finem, magnam vim vobis habiturae videntur, alliciendi voluntatem in seipsas in bonum ad quod impellunt, longe majorem illi concedatis oportet, si sapientiam, summam prudentiam et aequitatem, qua conditae sunt, studiose perpendatis. Cum vero in omnibus Ecclesiae institutis id perscrutari non liceat, unum vel alterum seligamus in quibus divinam Ecclesiae sapientiam mirari possumus. Hinc cum perspectum esset, idoneos sacerdotes institui non posse, si id uniuscujusque privati ingenio et viribus relinqueretur, clericorum institutionem

suscipere ipsa Ecclesia vult; quod ut plane assequeretur, PP. Tridentini (1) primum quaedam collegia, quae perpetuum clericorum Seminarium forent, erigenda decrevere, deinde iis regulis hoc decretum communiarunt, ut nihil in eo desiderari posse videatur. Ibi enim, qua origine, aetate, moribus, litteris, spe ornati esse debeant, qui in Seminario sunt recipiendi, quae scientiae susceptis tradendae, quibus erudiendum committendum, quo modo fovenda pietas, quibus facultatibus alenda seminaria, qui demum praeficiendi ut seminarii disciplinae et bonorum administrationi invigilent; his omnibus mira cum sapientia providetur, quibus futuri sacerdotes omni scientiarum sacrarum genere et morum honestate instituantur et adornentur.

Quid vero dicam de legibus pro Summo eligendo Pontifice latis a Gregorio X (2), Clemente VI (3), Julio II (4), Paulo IV (5), Pio IV (6), Gregorio XV (7), Urbano VII (8), Clemente VII (9): pro Episcopis designandis a Conc. Trid. (10), Gregorio XIV (11), Urbano

1) *Sess. 23, de ref. c. 18.*

2) *Ubi periculum.*

3) *Licet.*

4) *Cum tam divino.*

5) *Cum secundum.*

6) *In eligendis.*

7) *Æterni.*

8) *Ad romani.*

9) *Apostolatus.*

10) *Sess. 21 de ref., c. 1.*

11) *Onus apostolicae.*

no VIII (1), Benedicto XIV (2); pro conferendis Parochiis a Conc. Trid. (3), Pio V. (4), Clemente XI (5), Benedicto XIV (6)?

Profecto qui has sapientissimas leges animo ab omni partium studio alieno excusserit, animadvertet quidem, his plane observatis, et sacrorum ministros sapientes honestosque esse instituendos, et singularum Ecclesiarum regimini digniores praeficiendos. Postremo ut summa legum Ecclesiae aequitas verbis laudetur amplissimis, id solum commemorabo, jus civile Romanorum, quod ratio scripta non immerito est appellatum, in pluribus Ecclesiae jure correctum esse et emendatum.

Quae cum ita sint, cum fideles maxima beneficia ab Ecclesia per suas leges quasi per manus dari, et eximiam sapientiam, prudentiam et aequitatem in illis emicare sentiant, quis non videt, ea aptissima esse ut illi singulari observantia et dilectione leges, res sacras, sacrorum ministros totam denique Ecclesiam prosequantur? Nemini ergo injustus videbor, si Ecclesiae legibus amplissimam laudem, quam jurisconsultus et eloquentissimus orator Tullius (7) Romanorum juri tribuit, commutatis tantum quibusdam verbis, adseribam: «Fremant omnes licet, dicam quod sentio:

---

(1) *Instruct. Si processus.*

(2) *Gravissimum.*

(3) *Sess. XXIV de ref. c. 18.*

(4) *In conferendis.*

(5) *Decret S. Cong. Conc. latum die 10 Jan. an. 1721.*

(6) *Cum illud.*

(7) *De Orat. lib. 1.*

bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et autoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat, cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperissimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret; quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quae una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis?

Cujus primuū nobis mens, mos, disciplina, nota esse debet; vel quia est patria parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in jure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis.»

Quae de necessitate, qua Clerici premuntur ad discendam jurisprudentiam Ecclesiasticam, dicenda erant, paucis absolvam. Quomodo enim pacto, Episcopi, Vicarii, Parochi, Clerici omnes scire poterunt, quid singulorum ordinum susceptioni praemittendum, quae eorum cuique jura et officia competant, nisi SS. Canones, in quibus illa determinantur, sedulo didicerint? Quapropter jure meritoque summus Pontifex Caelestinus (1), dixit. «Nulli sacerdotum liceat Canones ignorare.» Sed sunt etiam alii, quibus non licet SS. Canones negligere. Equidem cum Ecclesia et civilis respublica unam hominum multitudinem saepe regant, magni legumlatorum et jurisconsultorum interest

(1) *Epist. 3 c. 5.*

utriusque potestatis limites secernere, ne si id ignorarint, se in discrimen conjiciant aliquid de juribus Ecclesiae detrahendi.

Reliquum est, ut commoda, quae jurisprudentia nostra Ecclesiae affert, recenseamus, et quam necessarium eidem sit illius exercitium comprobemus. Sapientissimi jurisconsulti miro asserunt consensu nullum legum codicem adeo esse perfectum et absolutum, ut non possit pedetentim magis magisque perfici. Quod mentis humanae tribuendum est tenuitati. Nam legislator legum formulas generatim conscribit, quae non tam perspicuae semper sunt, ut earum sensus interdum suboscuro non sit, nec tam aequae, ut nonnunquam ob singularia adjuncta non sit aliquid excipiendum, nec tam largae, ut aliquando non expediat eas ultra casus in lege expressos prorogari. Cum ergo jurisprudentis sit leges factis applicare, idque saepe fieri non possit, nisi prius, quae obscura in lege sunt, declarentur, vel sibi adversantia in concordiam adducantur, vel minus aequa intra certos limites coerceantur, hoc maximum commodum exin consequitur, ut, defectis legum patefactis, perspicui ac emendari a legislatore possint.

Hoc in utilitatem politicae vergit. Verum quot stimulos jurisprudentia Ecclesiastica studiosis admovet, ut alias etiam nobilissimas scientias excolant, Philo-  
sophiam, Theologiam, Jus civile, sine quibus vix multum in jurisprudentia nostra quilibet proficiet. Sed sunt praeter eas aliae plures, scilicet, Historia Ecclesiastica, Geographia, Philologia, Diplomata, quae, licet non sint tam necessariae, multum tamen conferunt ut, qui etiam his sit ornatus, summam juris Eccle-

siastici peritiam assequatur. Quid vero Ecclesiae regimini tan necessarium, quam hujus disciplinae exercitium? Nam ad quamcumque gubernandam rempublicam, non solum ut leges justae ferantur, sed etiam executioni mandentur, oportet, quod tunc praecipue fit, cum exortis controversiis aut circa singulorum civium jura, aut circa facta legibus adversa, per magistratus dirimuntur, secus non jus sed vis, non justitia sed libido in republica praevaleret. Ast ut jus suum cuique tribnatur, et crimina aequa paena multentur, magistratus jurisprudentia indiget, qua et legum sensum obtineat, et civium actus, au legibus consentiant, dijudicet. Cum enim leges singulos casus non possint exprimere, necessarium omnino judicij est, legislatoris sententiam, modo ad id quod incidit, prorogare, modo certis coercere finibus, quod idem est ac recouditam atque in aliena mente latentem philosophiam rimari, investigare, Ingeniumque nostrum ita formare disciplina, ac si in nobis viveret, in nobis cogitaret, in nobis definiret legislator, cujus caeteroquin indolis, consilii que nullum aliud indicium superest, quam tenue quoddam adparens in lege scripta monumentum, quasi ex antiquo humi olim impresso vestigio pedis, quisquam conjiceret transeuntis hominis staturam, formam, ipsam etiam motus vel celeritatem vel tarditatem, et ut plura paucis complectar lex imagini similis est inanimi, cui vitam et spiritum infundere ad magistratum spectat. Hinc minime mirum quod Conc. Trid. (1). Ecclesiarum Cathedra-

(1) *Sess. XXIV de ref. c. 16.*

lium capitulis praeceperit ut, sede vacante, Vicarium eligant, qui saltem in jure canonico doctor sit vel licenciatus, vel alius quantum fieri potest idoneus, et S. Congreg. Episcop. et Regularium saepe decreverit doctorem vel licentiatum in eodem jure futurum, qui in Vicarium Episcopi Generalem sit instituendus. Minime mirum quod in hac et in aliis Romanis Congregationibus qualibet aetate plures S. R. Cardinales in juris Ecclesiastici scientia floruerint; minime mirum quod plures et graves doctores auteferendum esse ad Episcopale manus exercendum jurisperitum Theologo in locis ubi haereres non grassantur, duxerint.

Ast quis vestrum ignorat turpissimos adversum Ecclesiae potestatem errores, qui seculo XIV irrepserunt, deinde seculo XVI ab scelestissimis reformatibus corroboratos, hac tempestate ita grassari, ut plusquam dimidia pars illorum, quos summus Pfx. Pius IX in *Syllabo* condemnavit, vel in aliquo laedat vel penitus evertat Ecclesiae potestatem? Quis ergo Ecclesiam tuebitur, quis sanctissima sua jura propugnabit? Nos, nos, o clerici et sacerdotes, quorum labia custodire debent scientiam, in hac nefaria et periculosissima pugna caeteris auteamus oportet, ut scelestorum hominum conatus comprimamus. et jura Ecclesiae firmissimis argumentis ex jurisprudentia Ecclesiastica haustis, propugnemus.

Vos igitur qui sacris scientiis operam dare coepistis, si vestrum intellectum plurimum et gravissimarum rerum cognitione exornare, si voluntatem singulari in amantissimam Christi Ecclesiam dilectione affici, si munere clericali recte fungi, si eidem Ecclesiae ad perficiendum legum codicem operam aliquam ferre, et

plures scientias jure ecclesiastico connexas alere, si leges, quod pernecessarium est Ecclesiae, interpretari et sua jura tueri vultis, animo alacri et prompto jurisprudentiae Ecclesiasticae incumbite. Vos autem qui ad hujus scientiae limen accessitis, macti ingenio et constantia estote; et satagite, ut spes concipi potest pulcherrima, vos aliquando. si hac via pergere pleno gradu volueritis, venerabile, sanctumque adepturos Prudentum nomen, summoque vobis et Ecclesiae honori et emolumento futuros.

DIXI.

## LA EPACTA

del Rezo Divino para el año 1881.

Se vende á 3 rs. en la Librería de Bonifacio Lopez, calle de la Rua, número 47.

### NECROLOGÍA.

En 13 del actual falleció D. Manuel Barreña, Párroco de Buenamadre.—Perteneía á la Hermandad de Sufragios Mútuos del Clero con el número 72.—Los sócios aplicarán una Misa y tres responsos.—R. I. P.

Salamanca. Imp. de Oliva.